



Disputatio juridica inauguralis de servitutibus praediorum rusticorum

<https://hdl.handle.net/1874/340716>

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
 I N A U G U R A L I S,
 D E
S E R V I T U T I B U S P R Ä D I O R U M
R U S T I C O R U M ,

Q U A M,
 F A V E N T E D E O T E R O P T . M A X .

Ex auctoritate Magnifici Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J. U. D. ejusdemque Facultatis in inclytâ Academiâ Ultrajectinâ
 Professoris Ordinarii ,

N E C N O N

Amplissimi Senatus Academicî consensu , Nobilissimaque
Facultatis JURIDICÆ Decreto ,

P R O G R A D U D O C T O R A T U S ,

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
 ritè , ac legitimè consequendis ,

Eruditorum Examini subjicit

J OHANNES AB OMMEREN , Aernh. Gelrus.

Ad diem 11. Februario horis locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
 Typographi , cō Icc LXXXVIII.

Nobilissimo Amplissimoque VIR O

D. RUDOLPHO

A B

O M M E R E N

D. de WOLESWAERT,

Delegatione quondam in Concilium
Præpotentium Belgii foederati Ordinum,
& Legatione illorum nomine ad
Remp. Helvetiorum prudenter ac ho-
norifice functo : Triumviro à Consiliis
& rationibus Ducatus Geldriæ, & Co-
mitatus Zutphaniæ ; Parenti ad rogum
usque venerando.

*Ut exstet qualecunque observantiae meæ
monumentum , dissertationem hanc
inauguralem dedicatam voluit*

JOHANNES ab OMMEREN,

Auct. & Resp.

DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

DE

Servitutibus Prædiorum Rusticorum.

THESS I.



Uoniam disputaturi sumus de servitutibus prædiorum rusticorum, inutile non erit à servitutis definitione inchoare. Servitus est constitutio juris gentium, qua res aliena nobis vel rei nostræ inservit contra dominii naturam, §. 9. *inst. de jure personarum*, dicimus contra naturam dominii, quia cuiuslibet res sibi inservit.

I I.

Servitutes sunt rusticorum vel urbanorum prædiorum, servitutes rusticæ sunt; quæ debentur

A 2

bentur

4 DISPUTATIO JURIDICA

bentur prædio rustico , urbanæ , quæ debentur prædio urbano , hasce servitutes non distinguit locus , sed solus usus.

I I I.

Rusticorum prædiorum servitutes sunt ; iter , actus , via , aquæ haustus , pecoris ad aquam appulsus , jus pascendi , calcis coquendæ , arenæ fodiendæ . *l. 1. & 2. de serv. præd. rust.*

I V.

Iter est jus eundi ambulandi hominis , non etiam jumentum agendi vel vehiculum , potest tamen , qui iter habet , & equo ire & sella vel lectica vehi , quin & equum claudicantem manu ducere . *l. 7. & 2. de serv. præd. rust.*

V.

Actus est jus agendi vel jumentum tantum vel etiam vehiculum *l. 1. 7. 12. ff. b. t. l. 13. ff. de serv.*

VI. Via

V I.

Via est jus etundi & agendi tum vehiculum,
 quam jumentum , quin etiam erectam hastam
 ferendi , tigna , lapides , cæmenta trahendi.
l. 1. & 7. ff. de serv. præd. rust. & l. 15. de serv.
 Igitur non una inter actum & viam differen-
 tia est , ad quas accedit , quod viæ latitudo
 definita fuerit *l. XII. tab* latitudo actus plerum-
 que ab arbitro definiretur *l. 8. & l. 13. p. lati-*
tudo ff. de serv. præd. rusticorum.

V I I.

Ire igitur per alienum fundum non licet ,
 nisi constituta servitute *l. 16. ff. de serv. rust.*
præd. l. 3. pi plane ff. de acquirendo rerum domi-
nio.

V I I I.

Quæritur , qui iter habet , solusne ire potest

A 3 an

DISPUTATIO JURIDICA

an & cum aliis? etiam cum aliis, puta necessariis personis, convivis, & hospitibus, arg.
§. 1. inst. de usu & habitatione.

I X.

Via simpliciter per fundum alicui legata est, quæritur, an legatarius an hæres eligit per quam fundi partem eatur? Legatarius, l. 9. ff. de serv. imo hæres l. 26. ff. de serv. præd. rust. aut certe ad arbitrum eundem est, l. 13. p. j. ff. eodem.

X.

Aqua in meo fundo oritur, cum passus sum longissimo tempore per agros confines decurrere; nunc eandem aверto alterius agri rigandi gratia, quæfitum an vicini me prohibere possint? Non videtur. l. 24. p. ult. l. 26. ff. de damno infecto, l. 4. l. 6. Cod. de serv. imo videtur l. 7. Cod. de serv.

XI. Jus

I N A U G U R A L I S. 7

X I.

Jus pascendi in tuo habebam , tu ex agro pa-
cuso novalia facere vis ; an possum prohibere ?
Quid ni? l. 5. & l. 7. Cod. de serv.

X I I.

Vicinus cum jus pascendi non haberet , im-
misit pecora in fundum meum , an immissa pi-
gnerare possum , donec damnum rependitur ?
Non potes l. 39. p. quamvis ff. ad leg. Aquil. l. 14.
p. ultim. ff. de præf. verb. l. 13. ff. quod motus
causa.

X I I I.

Servitus calcis coquendæ , cretæ eximendæ &
similes non possunt constitui , nisi quatenus
fundo dominanti opus est. l. 5. ff. de serv. præd.
rust.

C O-

COROLLARIA.

I.

Princeps legibus solutus est.

II.

Pater filio exhaeredato recte substituit.

III.

Mulier in testamentis testis esse nequit.

IV.

Mulier in Codicillis testis esse potest.

V.

Vendor non tenetur præcise rem venditam tradere sed liberatur præstanda interesse.

VI.

Si ususfructus cedatur extraneo nihil agitur.

F I N I S.